

Liber Primus.

Nunc attendatis de ciuitate Maydemburgensi. Cum enim p
mo Maydemburg locata et fundata fuit impatori Ottois
Magni consilio, et cum terre arbitrio et fuit stabilita in suo
iure, sicut nunc tenet in suo iure municipali sicut consuetudinem anti
quorum. Et Hallis ciuitas ex ea est fundata Idcirco utraq; vno iure
iure. Et propter omnes de Polonia: et de Bohemia: qui sub iure
theutonico sunt locati, et de marchia: de Misnesi, pincia: et de mar
chia Lauziciensi. Hi omnes ius suum Hallis recipere debent: et de
ciuitatibus que in hijs districtibus locate sunt. Et si sententiam is
norauerint: aut defectum in ea habuerint: hanc oportet querere in
Maydemburg. Idcirco quia Maydemburg omne municipale ius p
regit: quod iure terrestri fieri non potest. Qui cum sententia repro
bata de Marchia ad Comitatum trahi potest, quia Marchia sicut su
um arbitrium: aut propriam gratiam iudicat, quod comes non facit
sed iudicat sub banno Regio: hoc idem fit in omnibus ciuitatibus ubi
bannum est regium quod vir demeretur tria talenta iudici feodato sicut
banno regio. Si autem iudicatur sub banno regio. Tunc Sculte
to demerentur octo solidi de iudicio cum sententijs Scabinorum.
Idem fit Burgrauio Scabini vndecim esse debent et Scultet^{us} du
odecim, quia Burgrauio primam sententiam diffinire debet quia
Burgrauius nullum bannitum iudicium absque Sculteto potest habere
Nec Scultetus absque hijs vndecim Scabinis in vno loco iudiciali.

De Ortilegijs Ciuitatis Hal lis in Maydeburg querendis

Nunc attendatis de Hallis ubi ius suum querere debent: si
ipsum ignorant, aut si ipsis sententia fuerit reprobata, hanc
in Maydemburg querere debent, et Maydemburgenses ip
sis dare debent ante quattuor scamna: et Scabinis ipsorum ius da
ri debet. Quia in posterum ipsos oportet esse testes si necesse fuerit
quod sententia rite ac rationabiliter sit data absque qualibet contradic
tione. Et ibi nuncij presentes esse debent ubi sententia diffinitur ex v
traque parte ubi sententia fuit reprobata: qui audierunt et viderunt
quod vtriusque iusticia fiat. Et iudex ipsis in expensis debet procurare ex
undo et redeundo Si sententia sub banno regio fuerit reprobata:

Fo. CXCVI. Juris Maydemburgensis.

tunc debet reportari infra decem et octo hebdomadas. Si autē sub comitibus: vel sub comitis banno reprobata fuerit: tunc reportari debet infra duas hebdomadas. quia Sculterus habet bannum a comite: et Sculterciam a domino terre. Idem vero habet Burgravius bannum a Rege et iudicium a domino.

De inquisitione ortilegij et sententie Civium Maydemburgensium.

¶ Unc attendendum est si in Maydemburg reprobaretur sententia: quo aut ubi eam querere: aut invenire deberent. Ipsi se debent trahere in Scharthaniam ultra Elbe: et ibi recipiunt quattuor seniores viros: quos poterint invenire ibi. Et hoc iccirco quia diutius stetit: q̄ Maydemburg. et Cesar otto a tempore diuturno ex eo constituit ducatum: et omnes vno et eodē iure sunt constricti. Tunc se trahunt cum eisdē quattuor senioribus: quos de Scharthania afferebant. et redeunt Maydemburg ante pallatium ad curiam: que imperatoris Ruffi Ottonis fuerat: qui pallatium ipsis formauerat in fine summi templi: vt in premissis patet: et in sequentibus patebit. Quia continue pro vna sententia reprobata ad imperium se trahere non potuerunt.

De Pallatia per quem modum ab Imperatore Ottone in Scharthania fuerit constituta.

¶ Unc attendatis de Pallatia: per quem modum ipse pallatiam fecerit. Vocauit eosdem quattuor seniores de Scharthania: et quattuor Canonicos: qui habuerunt prelaturas in summo. Primus prepositus: Secundus decanus. Tertius Episcopi Vicarius. Quartus Cancellarius. Insuper recepit quattuor Barones: et innatos ministeriales Ecclesie maioris feodalis et Maydemburgensis. Primus fuit Marschalcus. Secundus Ba-